

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 37

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 68.

68.

Cod. XXXVII.

Cod. XXXVI.

membran. fol. min. 52. 14. 15.

Fr. Mauriti  
Distinctiones.

Continet distinctiones Fr. Mauriti, id est, quorum  
 etiam S. Scripturae vocabulorum comunibrum expli-  
 cationes iuxta triplicem vel quatuorplem sensum, or-  
 dine alphabetico digesta, concionatoribus illis sta-  
 tis valde utiles. Incipit vocabulo Abjectionis, in hunc  
 modum: "Circa abjectionem nota qualiter in scriptu-  
 ra sumitur, qualiter dividitur, Et que abicienda  
 notis ostendantur." Finem operi imponit vocabulum Tona.  
 In calce prima pagina legitur annus 1731, quo fortal-  
 ter Codex noster Universitati vindobonensi traditus est;  
 in fine totius operis autem Explicunt distinctiones Fris  
 Maurici.

Mauritius sine Anglus sine Hispanus, ord. vel Prod.  
 vel Minor. j. de his enim disceptatur; has distinctiones  
 elucubraste dicitur circa annum 1290. Vid. Cudin. T. 3.  
 p. 572. Lucif. T. 1. p. 484.

Conradus  
de Hildes-  
heim.

In ultima codicis columna manus aliena sed co-  
 ara hoc adiecit: "Anno Domini M. cccc. xxx. Mar-  
 tino V. apostolicae sedis presidente in die S. Ipoliti M.  
 "bono memoriae magister Conradus de Hildensem presby-  
 "ter canonicus Ecclesie S. Johannis Baptiste, itidem in  
 "ambitu Cathedralis Ecclesie prope januam Cappella  
 "omnium sanctorum sub lapide marmoreo tumulatus  
 "hic ob insignia sua scilicet licentiam in decretis  
 "et Baccalariatum in Theologiae in Universitate  
 "viennensi accepit, hunc suum librum scilicet Distinctio-

M.  
Epif.

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 37

[Rudolf Kapeller-Maximilian Pampichler]: Codicum Manuscriptorum Bibliothecae Seitenstettensis Tom. I (Cod. 1-200) (handschriftlich) [um 1800], 69.

Cod. XXXVIII.

69.

" nos fr̄s Mauricij et alium sc̄ilicet Crisostomum Super  
 " Matheum eidem alma Universitate est testatus, sic ut  
 " ad utilitatem in eis studere volentium in liberaria  
 " magistrorum Collegij Ducalis perpetuis temporibus reserven.  
 " tur, Hoc ab uno Testamentariorum suorum hic sunt sig.  
 " ta ut ad notitiam perveniant posterorum. Orate p̄pter  
 " Dominum pro eo."

Hic Conradus de Hildensem s. Hildesheim. idem est, de quo  
 Andreas Latisbonensis in Chronico ad annum 1409. hoc  
 scribit. " Albertus Episcopus Latisbon. p̄pendens quod  
 " Magister Conradus de Hildeshaym licentius Secretorum  
 " presbyter et Cappellanus S. Georgii secus pontem Latisbonae  
 " iurista Civium pecunia, quam a Domino acceperat in  
 " fudario, hoc est per certa dona sub otia lenti corporis  
 " abscondere nollet, ordinavit ut legeret in iure Canoni  
 " co in aula sua Episcopali quod et factum est."

Cod. XXXIX. deest

Membran. Fol. min. Sec. 15.

2. 14

M. J. Ciceronis  
Epist. ad Famil.

Comprehendit M. J. Ciceronis Libros XVI. Episto-  
 larum ad familiares, elegantissimo charactere  
 scriptos. Has Epistolas Olivius exhibet Tom. 7.  
 edit. Opp. Cicer. Geneva, 1758. 4. Quae in editione  
 idiomate graeco leguntur, in codice nostro omisa  
 sunt, spatio tamen ad supplendum relicto. Ceter-  
 rum variantes lectiones non infimi momenti ob-  
 via quavis inspectio detexit.

Vgl. Großen Katalog!

## Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 37

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=1735](https://manuscripta.at/?ID=1735)

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:

[OLIVER](#) - Online manuscript description (HMML)